

Statutum de reparatione castrorum

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Statutum de reparatione castrorum

Lorem ipsum dolor sit amet

a. Terra Laboris et comitatus Molisii. Nomina castrorum imperialis iusticiaratus Terre Laboris et comitatus Molisii et nomina terrarum

iusticiaratus eiusdem, per quas castra ipsa possunt et debent reparari. In primis: Rocca Sorelle reparari debet per homines vallis Orbeti, Pescli solidi, Brocti, Vallis Sorane et per homines Sore; homines eciam Castellucii et Insule tenentur ibidem facere sarcinales. Item Rocca de Vivo debet reparari per homines ipsius terre, s. Pauli et s. Iohannis de Callibus. Item castrum Atini reparari debet per homines Communi, Saracinisci, Cardeti, Cerasoli, Rocce de Albano et per homines ipsius terre. Item castrum Arpini reparari debet per homines ipsius terre; possunt eciam ibidem venire homines s. Patris. Item castrum Fontane reparari debet per homines ipsius terre. Item Rocca Arcis reparari potest per homines Pontis Curvi, Pignatarie, s. Georgii et s. Apollinari; homines eciam ville ipsius Rocce tenebantur ibidem iuvare, qui sunt inde amoti de imperiali mandato. Item Rocca Castri Celi reparari debet per homines ipsius terre, Turelli, Pedemontis, Plumbarole, Ville s. Lucie; Aquinum, villa de Cantalupo et Rocca sicca sunt sibi vicine qui possunt ire ibidem. Item castrum Rocce Guilielmi reparari debet per homines ipsius terre, Campelli, Campi Molis, Spinei, Maranule, Frattis et Castelli novi. Item castrum Pontis Curvi et Montis Casini, sicut per inquisitionem exinde factam est inventum, reparari debet per abbatem Montis Casini. Item Rocca Ianula reparari potest per homines s. Germani, s. Petri ad Monasterium, s. Elie, Vallis Rotunde, Viticosi et Torocoli, que terre, licet ibidem non teneantur venire, tamen sunt eidem Rocce vicine.

Item Rocca Bantre reparari debet per homines ipsius terre, Gallucii, s. Felicis, Tore, Caspuli, Cucurucii, Mortule, s. Andree, Vallis frigide, Bantre plane, Iunture, Cervarii, s. Victorii et s. Angeli in Teodici et s. Petri in fine. Item castrum Sugii reparari potest per homines ipsius terre et casalium eiusdem. Item castrum Trayetti et turres ad mare et Garilianum reparari possunt per homines Trayetti et casalium eiusdem. Item castrum Itri reparari potest per homines ipsius terre. Gayeta, Mola Gayete et Ianula sunt eidem castro vicine et possunt ire ad eandem reparacionem. Item castrum Ynule reparari debet per homines ipsius terre. Homines Lupice et Valliscurse, qui eidem castro sunt vicini, possunt ire ad eandem reparacionem. Item castrum Montiscelle et Turris s. Anastasie, que est in litore maris, possunt reparari per homines Montiscelle; homines Fundi, Ville s. Viti, Aquevive et Ambrifie sunt eidem vicini. Item castrum Suesse reparari potest per homines ipsias terre et casalium et per homines Marzani, Conce, Rocce Mifini, Cayani et Marciani, qui sunt sibi vicini. Item Rocca Montis dragonis reparari potest per homines ipsius terre, casalis Oliveti et homines terre Cancie, qui sunt ab ista, parte fluminis, et per homines Calvi a strata inferius. Item castrum Caleni, de quo ab una parte paries muri cecidit et indiget in omnibas reparari, reparari potest per homines ipsius terre et casalium. Sunt eciam sibi vicini homines Calvi, qui bene possunt ad eandem reparacionem venire, videlicet a strata superius. Item Castrum Maris de Vulturno reparari potest per homines ipsius terre et per homines terre Cancie, qui sunt ab illa parte fluminis. Item castrum Theani reparari potest per homines ipsius terre, casaliam eiusdem et per homines baronie Rocce Romane. Item castrum Presenzani reparari debet per

homines ipsius terre, Vayrani, Pentamis, Sexti, Mastrarii, Torcini, Rocce Piperacii, Venafri, s. Marie de Oliveto, Campi Sacci et Rocce Ravinule. Item castrum s. Angeli de Ripacanina reparari potest per homines ipsias terre, baronie Prate, Aylani et Rocce s. Viti. Item castrum Miniani reparari potest per homines ipsius terre. Item castrum Cayacie reparari debet per homines ipsius terre, baronie Rayani, Campaniani, baronie Ioyie, baronie domini Guilielmi de sancto Framundo, baronie Dragonis et homines casalium s. Salvatoris de Thelesia. Item castrum Petre habundantis reparari potest per homines ipsius terre, Maccle, Triventi et vallis Anglonis. Item castrum Boyani reparari debet per homines ipsius terre, Montis Viridis, Castelli Vecclis, baronie Castri Pignani, Campi bassi, Ysernie, Rocce Madeluni, Cantalupi et baronie domini Thomasii de Molisio. Item castrum Cerri reparari potest per homines baronie Cerri, Spine et baronie domini Rogerii de Calvello, que sibi sunt vicine. Item castrum Capue et turres pontis Capue reparari possunt per homines eiusdem terre et casalium eius. Item castrum Averse reparari potest per homines eiusdem terre et casalium eius. Item castrum Putheoli reparari potest per homines eiusdem terre. Item castrum Yscle reparari potest per homines eiusdem terre, casalium eius et hominum Procide. Item castrum Neapolis et Salvatoris ad Mare reparari possunt per homines Neapolis et casalium eius. Item castrum Summe reparari debet per homines ipsius terre, Cicale, Avelle, Roccecte, Acerrarum, Octoyani, Palme et Argencii. Item castrum Magdaloni reparari potest per homines ipsius terre et per illos, qui reparabant Roccam Capue. Item castrum Alifie reparari potest per homines ipsius terre, Pedemontis et Baye. Item castrum Spelunce, quod est in comitatu

Fundi, et est in litore maris, et nondum ibidem fuit familia ordinata, potest reparari per homines ipsius terre et custodia est ibi oportuna. b. Capitanata Nomina castrorum et domorum imperialis iusticiaratus Honoris Montis s. Angeli et Capitanate

et nomina terrarum eiusdem, per quas castra et domus ipse possunt et debeat reparari. In primis castrum insule Termitane reparari potest per homines Vene maioris, Vene de Causa, Roiari, Utimi, s. Martini impesulis, Campi marini, Porte Candoni, Loritelli, casalis s. Marie in Sacchono, Alarini, s. Primiani, Mondori, Corneti de Alareno, Olibuli, s. Iacobi de Silva, Guillonisii, Pittacii, Montis Miculi, Bisacie et baronie sue, que est domini Riccardi de Anglona. Castrum Termularum potest reparari per homines ipsius terre, item per homines baronie domini Corradi de Stipite et Thomasii fratris eius, item per homines Cebize, s. Sophie, Celdoni et casalium suorum, Cercie maioris et casalium suorum, Pleuti, s. Nicolai de Sacione, Civitelle de Celdono, Montislongi et Civitelle de Venafro. Castrum s. Marci de Catula potest reparari per homines baronie domini Guildonis de Guasto et baronie domini Rogerii de Parisio. Castrum Alesine potest reparari per homines ipsius terre, item per homines Civitatis, s. Leucii, baronie s. Helene, Cleuti, Collis Torti, Macle, Ricie, Clusani, Vipere, Celencie, Montis Rotani et baronie domini Riccardi de Busso. Domus Florentini et domus Guardiole possunt reparari per homines Florentini, Montis Corbini, casalis s. Iuliani de valle Fortorii et Vulturarie. Castra Lucerie vetus et novum possunt reparari per Christianos et Sarracenos Lucerie. Domus massarie Lucerie Sarracenis Lucerie. Castrum Troye

potest reparari per homines ipsius terre, Montis Ylaris, Ripelonge, Crepacordii, Castellucii de Valle maiore, Bissallitii, Sivone et Trisoloni, Ripe et Castrum magni. Castrum Serre Capriole potest reparari per homines ipsius terre. Castrum Biccari potest reparari per homines ipsius terre, s. Crucis de Morcono, Cuffiani, s. Petri in Collezano, casale s. Iohannis, Maccle Sarracene, s. Petri in Cardino, Furcellate, s. Angeli, Castelli Pagani et vallis Fortorii et Montis Ursarii. Castrum Paganum de Capitanata potest reparari per homines Casalis novi. Domus Precine potest reparari per homines Precine. Domus s. Lotherii potest reparari per homines ipsius terre. Castrum s. Nicandri potest reparari per homines ipsius terre. Castrum Devie potest reparari per homines ipsius terre et Barani. Castrum Vici potest reparari per homines ipsius terre. Castrum Pesquicii potest reparari per homines Pesquicii, Canneti, Montis Nigri, Rodii et Sphilixi. Castrum Veste potest reparari per homines ipsius terre et Ysquincelle. Castrum Montis s. Angeli potest reparari per homines ipsius terre, s. Iohannis Rotundi, Caprelis, Caniani, s. Marci in Lamis, salvo debito servicio, quod tenentur in castro ipso facere homines s. Iohannis Rotundi et casalis s. Egidii in Pantano et quidam magistri carpenterii et fabricatores de Monte. Castrum Versentini reparari potest per homines casalis eiasdem loci et per homines Siponti. Domus Rigale reparari potest per homines Siponti. Domus s. Quirici reparari potest per homines ipsius terre. Domus Lampe reparari potest per homines casalis eiusdem loci et per homines casalis Berventani. Domus Celani reparari potest per homines casalis eiusdem loci, casalis Turris maioris, principatus Ville france et Molisii. Domus Sale reparari potest

per homines Sale et Bantie. Domus Bisseleti potest reparari per homines ipsius terre et Caselorde. Domus Salgiburgi potest reparari per homines ipsius loci, s. Lupuli et s. Marie in Arcu. Domus s. Marie in Bircis potest reparari per homines Plantiliani, Bellimontis et s. Marie de Plantiniano. Domus Castellionis potest reparari per homines ipsius terre. Domus Girofalci, castrum Castellucii possunt reparari per homines Castellucii, Castri veteris, Montis falconis et Tufare. Domus s. Spiritus de Gulfuniano potest reparari per homines casalis eitusdem et Villenove. Castrum Trium Sanctorum potest reparari per homines ipsius terre et Beneassisi. Domus Salparum, Domus s. Marie de Mari, Domus s. Marie de Salina et Domus Trinitatis possunt reparari per homines Salparum, Furcani, Fure, s. Eustasii et s. Cassani. Domus Cidoniole potest reparari per homines Cidoniole. Domus Stornarie potest reparari per homines Stornarie. Domus Dordone potest reparari per homines Dordone. Domus Pontis Albaneti potest reparari per homines casalis eiusdem. Domus Orte potest reparari per homines Corneti et s. Iohannis in Fronte. Castrum Bivini potest reparari per homines ipsius loci, s. Petri in Dragonçano, Alberone, Tortibuli et s. Marie in Burgano. Castrum Deliceti potest reparari per homines Deliciti, s. Effresie et Circelli de Valle Furtorii. Domus Fogie, domus pantani s. Laurencii possunt reparari per homines Fogie. Castrum s. Agathe potest reparari per homines eiusdem terre cum casale s. Antonii, Excoli, Candele, s. Stephani in Iuncarico et s. Petri de Olibula, que eciam terre debent certum servicium annuatim facere in predicto castro. Castrum Rocce s. Agathes reparari debet per homines Gisualdi, Frequenti, Aqueputide, Paterni, s. Magni, Vici, Vallate, Flummari,

Pulcarini, Zunculi, Bisacie, Lacedonie, Roccette s. Antonii, Montis Viridis, Carbonarie, Marre, Castellonis, Saviniani et Greci et homines Rocce s. Agathes. Domus Coronate potest reparari per homines s. Laurencii. Quia castram Montis Viridis pro tempore nove provisionis de reparatione castrorum erat baronie, que nuper ad manus curie devenit, provisum est per curiam, ut castrum ipsum per homines ipsius terre et homines s. Stephani in Iuncarico debeat reparari. c. Terra Bari Nomina castrorum et domorum imperialis iusticiaratus Terre Bari et nomina terrarum iusticiaratus eiusdem, que sunt deputate ad reparationem castrorum et domorum imperialium. In primis castrum Bari reparari potest per homines Rutiliani, Nohe, Poliniani et homines eiusdem terre. Castrum Trani reparari potest per homines Melfitte et Trani. Castrum Baroli reparari potest per homines Baroli. Castrum Cannarum reparari potest per homines Vigiliarum et Cannarum. Castrum Canusii reparari potest per homines Iuvenacii, Minerbini et Canusii. Castram Andrie per homines Andrie. Castrum s. Marie de Monte per homines Monopoli, Bitecti et Botonti. Castrum Caurati per homines Caurati. Castrum et domus Gravine per homines Gravine et Altemure. Domus Guaranionis per homines Aricarri, Velenzani et Guaranionis. Castrum Rubi per homines Rubi, Bitricti, Binetti, s. Nicandri, Munturoni, Mallani, Casabuctule, Tryiane, Carbonari, Lusicii, Canniti, Pali et s. Marie de Nucibus. Castrum Terlicii per homines Terlicii, Turi, Casemaxime, Balsiniani. Castrum Ioye per homines Ioye et Potiniani. Domus s. Erasmi per homines s. Erasmi, Grumi et Turitti. Castrum Aquevive per homines Cupersani et Aquevive. d. Terra Ydronti Nomina castrorum et domorum imperialis iusticiaratus Terre

Ydronti et nomina terrarum iusticiaratus eitudem, que sunt deputate ad reparaionem eastorum et domorum imperiatum. In primis castrum Ydronti reparari potest per homines eiusdem civitatis, ecclesie Ydrontine et aliarum ecclesiarum eiusdem terre habencium feuda ibidem et per barones eiusdem terre et per homines et ecclesias habentes feuda honore castri. Castrum Licii per homines Licii. Castrum Neritone potest reparari per homines eiusdem terre et Cesaree. Castrum Galipuli debet reparari per barones Neritoni abbatem, Neritone cum feudo Soleti et Ogenti et ecclesie Ogenti habentes feuda et casalia eiusdem terre. Et homines Galipuli possunt reparare castrum cum predictis. Castrum Brundusii reparari debet per homines casalis s. Petri de Yspanis, casalis Campie, s. Viti et homines Brundusii et ecclesiarum habencium pheoda in Brundusio, pheodi Rogerii de Mayfino; homines Licii et ecclesiarum eiusdem terre habencium fheoda in Licio possunt reparare idem castrum cum predictis. Castrum Meyani reparari potest per homines eiusdem terre. Castrum Orie reparari debet per subscriptos homines in certis causis, videlicet feudum domini Ioti de Divente debet dare pro reparacione ipsius castri de calce modios centum et trabes viginti, feudum domine Claricie de calce modios quinquaginta et trabes triginta, abbas s. Andree de calce modios centum et trabes triginta de tenimento Orie, episcopus Ostunii de calce modios quinquaginta et trabes decem, episcopus Licii de calce modios viginti et trabes quinque, episcopus Ogenti de calce modios triginta et trabes decem, Robbertus de Mostacia de calce modios quadraginta et trabes decem, abbas Vanioli de calce modios viginti et trabes quinque, Hugo de Lucone de calce modios quadraginta et trabes decem,

dominus Rogerius de calce modios quinquaginta et trabes viginti, Oliverius de Brunamala de calce modios centum quinquaginta et trabes quinquaginta, Stephanus Paganus de Benevento de calce modios centum et trabes quinquaginta, archipresbiter Orie de calce modios ducentos et trabes sexaginta, Leo de Palagana de calce modios viginti et trabes duas, Adenulfus de Aquino de calce modios quinquaginta et trabes viginti, domina Dyatimia uxor Rogerii de Flandines debet dare calcem et trabes pro tenimento Orie, prior s. Cecilie de calce modios quinque et trabes duas, Rogerius Scannacaballus de calce modios quadraginta et trabes decem, s. Maria de Grana de calce modios quinque et trabes duas, Celie et Gualdo de calce modios centum quinquaginta et trabes centum, prior Caseveteris de calce modios centum et trabes quinquaginta, Potente de calce modios quinquaginta et trabes viginti. Et reliquum eiusdem castri possunt reficere et reparare homines Orie. Castrum Hostuni reparari potest per homines Hostuni, Carovinee et Petrolle. Castrum Tarenti debet reparari per homines subscriptos in certis causis, videlicet salam magnam debent facere et preparare homines Tarenti de demanio domini imperatoris, homines Castellaneti et homines Motule debent reparare grongum in facie et cohoperire cannas septem. In sala principis sunt necessarie trabes quatuor, capri otto et una salarum tabulanda. Et ante easdem salas porticus est tabulandus, quod debet facere archiepiscopus. In barbacano ex parte muri magni est facienda erina in pede cannarum quinque et desuper erina a cantone muri cannas quinque, quod debet facere prior Franganone et prior s. Roncii, et debet facere medietatem; abbas Crispiani debet dare ei auxilium salmas de calce undecim. Turres quatuor,

que sunt a parte civitatis, sunt astrecande et scale lignee faciende in eis et deforis facies muri facienda lapidibus et cementanda, quod debent facere homines Tarenti. Turrim, que est super magnam portam castelli, debet preparare Guilielmus Malectus et pontem et faciem ipsius, que est ex una parte et altera ipsius turris. Portam s. Benedicti de Caveis debet facere prior casalis Ructi, cui debet dare auxilium prior Alexani salmas de calce viginti. Portam de Celo debent facere homines Insule magne et parve et homines Mutulani debent dare eis auxilium et prior s. Petri Imperialis debet facere medietatem ipsius porte et debet habere auxilium affidatos de Lizone. Turrim de Turri Pilati debet facere Laudus de Aquino et debet reficere murum dirutum, qui est iuxta ipsam turrim. Guilielmus Malectus debet ponere in capella s. Marie sursum trabes quinque et debet super ipsas trabes facere astracum. Et reliquum eiusdem castrum possunt reparare homines Tarenti. Castrum Massafre potest reparari per homines eiusdem terre et per homines ecclesie Mutulane, quos habet in Massafra, et per barones Massafre. Castrum Motuli potest reparari per homines eiusdem terre et per homines ecclesie Mutulane, quos habet in Motulo, et per barones Motuli. Domus domini imperatoris, que est in Castellaneta, reparari potest per homines eiusdem terre et barones ipsius terre et homines casalis Palegani. Castrum Ginusii preparari potest per homines eiusdem terre et per homines Latercie. Castrum Matere preparari potest per homines corporis civitatis Matere et Sassi Barisani eiusdem terre. Domus Girofalci reparari potest per homines Sassi, Cariosi de Matera et per Sarracenos casalis s. Iacobi. e. Principatus et terra Beneventana Nomina castrorum et domorum imperialis ducatus Amalfie, Principatus et Terre Beneventane et

nomina terrarum iusticiaratas eiusdem, que sunt deputate ad reparationem castrorum et domorum imperialium eorundem. In primis castrum Policastri debet reparari per homines Turturelle et per homines Sanse, per homines Turrace, per homines Roffrani, item per homines Brigelli et Triclani, qui sunt de iusticiaratu Basilicate; item potest reparari per homines Policastri, per homines Muclarone et per homines tocius baronie Camerote, que omnes terre sunt vicine Policastro, in quo nulla est familia ordinata. Castrum Rocce de Gloriosa debet reparari per homines eiusdem Rocce, per homines Montis sani, per homines Trupiani, per homines s. Mauri; item potest reparari per [homines] Castelli Cadesse, per homines s. Iohannis ad Pirum, per homines Cucali et casalis eiusdem et per homines tocius baronie Castri Maris. Castrum Lorini debet reparari per homines baronie Fasanelle, per homines Corveti, per homines Maliani, Filicti, per homines Campore; et potest reparari per totam baroniam domini Gisilfi de Magina, per homines Sacci et per homines eiusdem terre Lorini. Castrum Capuacii debet reparari per homines eiusdem baronie Fasanelle et per abbaciam s. Benedicti de Salerno, per abbaciam s. Laurencii de Stricta cum Persano, per baroniam Corbellarum, per baroniam Montis fortis, per baroniam Corneti, per homines Trentenarii, per abbaciam Cave, de hoc quod tenet in Castro Abbatis de Cilento, per baroniam Pistilloni; potest etiam reparari per homines eiusdem terre Capuacii, per homines Agropolis, episcopii Capuacii. Castrum Alteville debet reparari per homines eiusdem terre; potest etiam reparari per homines Albanelle, Cannete et per homines Campestre. In eo castro nulla est familia ordinata. Castrum Siciniani debet reparari per homines

eiusdem terre, per homines Vinealis, per homines Masse, per homines Cosentini, per homines Petine; item potest reparari per homines Bulcini, per homines s. Mauri, per homines s. Gregorii et per homines Riciliani. In eo castrum nulla est familia ordinata. Castrum Sale potest reparari per homines eiusdem terre, per homines Padule, per homines Diani et casaliū eius, per homines Polle et casalis s. Petri et per homines Atane. Castrum Burgencie debet reparari per homines Salvie, per homines s. Blasii, item per homines Marsici et Petrefixe, qui sunt de iusticiaratu Basilicate, et potest reparari per homines Balbani, Rommanani, Vetri, Marmoris et per homines Cayani, per homines Pertuse, per homines Silvitelle, per homines s. Angeli de Fratrīs, per homines Alecte, si non teneantur reparare castrum suum, quod fere totum dirutum est. In castrum Burgencie nulla est familia ordinata. Castrum Campanie debet reparari per homines eiusdem terre, Senercle, Balbe, Caliani, Contursi; et potest reparari per homines CalabRICTI, Caput Seleris, Pali, Alcici, Balsiniani, s. Nicandri, Spelunce, s. Magni, Castelli novi, Malli in ventre et per homines Laviani. Domus domini imperatoris in Ebulo possunt reparari per homines eiusdem terre et per homines Oliveti. Domus Castellucii Battipalie possunt reparari per homines eiusdem casalis, s. Mathie, per homines Pontis Tussiani, per homines s. Cecilie, per homines Olibani, per homines Montis Corbini et per homines Acerni. Castrum Gifoni debet reparari per homines eiusdem terre, per monasterium s. Benedicti de Salerno, per archiepiscopum Salernitanum, item debet reparari per homines Oppidi, Nusci et Montelle, Balneoli, Cassani, Bayani et per homines abbacie Funtillani. Castra Turris Maioris et Terrecine possunt

reparari per homines Salerni, s. Magni, s. Aiutorii, Cave et casalium eorundem et per homines s. Severini et casalium eius. In ducatu Amalfie: Castram Capri potest reparari per homines eiusdem terre et insule. Castram Pugerule potest reparari per homines Amalfie, Conce Amalfie, Positani, Atrani et Minoris. In castro Ravelli non est familia ordinata; et potest reparari per homines eiusdem terre. In castro Scale non est familia ordinata; et potest reparari per homines eiusdem terre. Castrum Tramonti potest reparari per homines Tramonti, Agerule et Maioris. Castrum Maris de Surrento et castrum Scafati possunt reparari per homines Surrenti et casalium eius et per homines terrarum suarum. Castrum Pini potest reparari per homines Pini et Pimontis. Castrum Nucerie potest reparari per homines eiusdem terre. Castram Pimontis debet reparari per homines eiusdem terre, Graniani, Littere et Nucerie; item potest reparari per homines Solofre et Sirini. Castrum Sarni et palacium domini imperatoris, quod est ibidem, debent reparari per homines eiusdem terre; et potest reparari per homines s. Georgii, Braciliani, Furini et Montis fortis. Castrum s. Severini debet reparari per homines eiusdem terre et casalium eius. Medietas castri Montorii, que est domini imperatoris, potest reparari per homines domini imperatoris et domini comitis eiusdem terre. Castrum Avellini potest reparari per homines eiusdem terre, Mercullani, Atripaldi, Serpici, Vulturarie, Clusani, Candide, Sale, s. Barbati et casalium Montis Virginis. Castrum Petre Sturmine debet reparari per homines Ceppaluni, Balbe, Alteville, s. Angeli de Scala, Submonte, Caprilie, Cripie, Castanearum, Montisfridani, Petre et Fossecece. Castrum Montis Sarcli debet reparari per homines Rocce de Guassarano, s.

Martini, Pellusie, Cervinare, item per homines Argencii, qui sunt de iusticiaratu Terre Laboris; et potest reparari per homines eiusdem terre Montis Sarcli. Castrum Ayrole potest reparari per homines eiusdem terre, Arpadii, Morconi, s. Lupi, Pontis Landulfi, Casacuni, Bucticelle, Campigattari et s. Theodore. Castrum s. Agathes potest reparari per homines eiusdem terre, Farniti Montisfortis et Farniti de Rapinella et Morconis. Castrum Petre de Tocco debet reparari per homines Tocci et casalium eius, per homines baronie de Fenuculo, exceptis hominibus Pollosie, qui consueverunt reparare apud Montem Sarclum. Castrum Porte summe de Benevento potest reparari per homines Beneventi. Castrum Montis Fusculi potest reparari per homines eiusdem terre et casalium eius, per homines Fosi, Serre, Montisfalconis, Lapigii, Arianelli, Montis Militi, Montis Aperti, Petre Aczardi, Taurasie et per homines baronie Castelli veteris et baronie Montis Marani. In castro ipso nulla est familia ordinata. Castrum Aqueputide potest reparari per homines eiusdem terre, Fontane Rose, s. Angeli ad Lescas, s. Marie de Lacu sano, Torelle, Girofalci et Ville mayne. Castrum Apicii et domus domini imperatoris, que sunt ibidem, possunt reparari per homines eiusdem terre, Crippe Maynardi, Murronis, Militi, Boneti, Padule, Montis Mali, Petre maioris, s. Severi et Regini. Castrum Bonialbergi debet reparari per homines eiusdem terre, Castelli Banci, Montis Calvi, Cursani, Casalis Albuli, s. Georgii, Molinare, Montis Leonis, Pao, Tamari, Terre Rubee et Petre Pullicine. Castrum Ariani potest reparari per homines eiusdem terre, Montis Flasconis, Genestre, Campanarii, Amandi et Monticuli. Castrum Calitri potest reparari per homines eiusdem terre, Castillonis de Comitissa, Cayrani, s.

Marie de Ylice, Andrette, Consie, Tigorii, Biari, Guardie de Lombardis et s. Angeli de Lombardis. Inventum est per inquisitionem factam, quod infrascripte terre, que sunt de insticiaratu terre Beneventane, tenentur et debent reficere castrum Rocce s. Agathes de Capitanata, videlicet homines Gisualdi, Frequenti, Aqueputide, Patern, s. Magni, Vici, Vallate, Flumarie, Pulcarini, Zunculi, Bisaccie, Lacedonie, Rocce s. Antonii, Montis Viridis, Carbonarie, Morre, Castellonis, Saviniani et Greci. Hec sunt castra Basilicate et domus imperialibus solaciis deputate et nomina terrarum iusticiaratus eiusdem, que deputate sunt ad reparationem castrorum et domorum ipsarum. Castrum Melfie reparari potest per homines Melfie, Monticuli, casalis s. Andree et Venusii. Domus Cisterne reparari possunt per homines Rapolle. Domus s. Nicolai de Ofido reparari possant per homines Armatere, Ripe Candide et Rivi nigri. Domus Lavelli reparari potest per homines Lavelli et Montis Milonis. Domus Gaudiani reparari potest per homines Gaudiani. Domus Boriani reparari potest per homines Boriani, BANCIE et Cervaricii. Castram Spinaczele reparari potest per homines Spinaczele, Yrsii et Bellimontis. Domus Montis Selicole reparari potest per homines Montis Selicole. Castrum Acheroncie reparari potest per homines Ageroncie, Genciani, casalis Aspi, Oppidi, Tulbie, Montis Pilosi, s. Clerici de Tulbia, Cancellarie, Potencie, Balii, Cantiani, Tricarici, Criptole et Salandre, Albani. Domus Montis Morconis potest reparari per homines eiusdem terre, Petregalle, Avilliani, Roti et Caldane. Domus Acrimontis reparari potest per homines Florencie. Domus Lacupensulis reparari potest per homines Gloriose, Vineole, Castellucii, Barayani et s. Sophie. Castrum s. Felicis reparari potest per

homines eiusdem terre, Raponi, casalis s. Thome de Rubo, Labelle et Perni. Castrum Petre Pagani reparari potest per homines eiusdem terre, Tufarie, Castelli de Grandis et Planconi. Castrum Muri reparari potest per homines Muri, Satriani, Petrefixe, Marmure, Petre Castalde, Saxi, Titi et Marsici novi. Castrum Brundusii de Montana reparari potest per homines Brundusii, Petre Perciate, Trifocii, Castelli Mediani, Castelli Bellecti, Campi maioris, Trivinee, Laurioselli, Accepture, Radie, Gallipoli, Caragusii et Oliveti. Castrum Calvelli reparari potest per homines eiusdem terre, Marsici veteris, Tramutuli, Saponarie, Moliterni et Sarconi. Castrum Ansie reparari potest per homines Ansie, Laurenciani, Corneti, Perticare, Biani, s. Iuliani de Petra, Montis Murri, Callichi, Missanelli, Guardie, turris Curiliani, s. Martini et Orientis. Castrum Abriole reparari potest per homines Abriole. Castrum Montis Caveosi reparari potest per homines eiusdem terre, Milionici, Pomarici, Ogiani, s. Mauri et s. Iohannis. Castrum Turris Maris reparari potest per homines Turris Maris, Pisticcii, casalis Pisticcii, Craci, s. Basilii, Avenelle et Camarade. Castrum Policorii reparari potest per homines eiusdem terre, Scansani, Culubarii, Rotunde maris, Bullite, Trisagie et s. Archangeli. Domus Montis Albani reparari potest per homines eiusdem terre. Castrum Petrulle reparari potest per homines Astiliani, Adriacii et casalis s. Nicolai de Silva. Rocca imperialis reparari potest per homines eiusdem terre, Nucarie, casalis Canne, Anglonis, Tursii, Fabalis, Prisinachi, Rodiani, Synesii, Clarimontis, Rubi, Piscopie, Bacti Barrane, Noge, Castri novi, Calabre, Acrimontis, Latronici, Solucii, s. Ananie, Armentane, s. Clerici, Valli Signi, Castelli Sarraceni, Faraci, Tigani, Chifrisomi et Pulsandre.

Castrum Lacus Nigri reparari potest per homines Lacus nigri, Rivelli et Triclane. Castrum Maratie reparari potest per homines Maractie, Biiianelli, Rotunde Vallis Layni, Castelluccii, Lorie, Ayete, Turture, Castricucti, Pappasideri et Avene. Castrum Gurgulionis reparari potest per homines Gargulionis, Rocce nove et Aliani inferioris. Castrum Petre de Acino reparari potest per homines Petre de Acino, Rocce de Acino, Aliani superioris et Armenti.

Lorem ipsum dolor sit amet